



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90103122**

§. XXXIX. Nach fruchtloser Conferenz gehet Salvius wieder nach Oßnabrück: Salvii Aufsatz über den punctum Gravaminum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646. Terminum 1624. zu richten seyn; Wegen Augspurg, wären sie, die Kayserlichen, nicht 1646.  
 Nov. instruiert, sollte weiter bedacht werden. *Art. 12.* Wolten sie mit den Catholischen de-  
 liberiren, und sehen wie weit damit zu gehen sey. *Art. 13.* Wegen der Herzogthü-  
 mer in Schlesien, Lignitz, Prig, Bernstatt, Dels und der Stadt Breslau würde es  
 nicht Noth haben, auch Chur-Sachsen sich mit Kayserlicher Majestät beswegen wohl  
 vergleichen; aber wegen Oesterreich, Böhmen und anderer incorporirten würde in Ewig-  
 keit nicht geschehen, daß Ihre Kayserliche Majestät die Freystellung der Religion  
 verstatte, giengen endlich auf 12. Jahr Juris Emigrandi. *Artic. 14.* Wäre Pfalz-  
 Grafen Wolff Wilhelm das Jus Reformandi nicht benommen werden; So wären  
 auch die Successores an die vorgeschüzte Pacta nicht gebunden. *Artic. 15.* Wol-  
 ten sie mit den Catholischen reden und handeln, hochwohlgedachter Herr Graff thäte  
 sonst die abgendsichtigen Abzug-Gelder nicht billigen, mit dieser Erinnerung, man sollte  
 ihnen nicht vorschreiben, wie sie ihre Unterthanen tractirten, dergleichen gegen die  
 Evangelischen auch geschehen sollte. *Artic. 16.* Würde man sich wohl vergleichen kön-  
 nen. *Artic. 17.* Würde præterirt und nicht recht noch unrecht geheissen. *Artic.*  
*18.* Wegen Suspension Jurisdictionis Ecclesiasticæ würde wohl zu handeln seyn.  
*Art. 19.* Wäre man einig; So gehöre paritas Deputatorum nicht zu diesen Tractaten,  
 sondern auf einen Reichs-Tag. Bey dem *Articulo 21.* müsten Majora auch in Con-  
 tributions-Sachen gelten, wäre sonst dissolutio Imperii zu befahren, welches  
 aber Evangelischen Theils widersprochen worden: Von dem *Articulo 22.* wolten sie  
 nichts hören noch handeln.

§. XXXIX.

Nach frucht-  
 loser Confe-  
 renz gehet  
 Salvius wie-  
 der nach Osn-  
 abrück.

Mit dieser Handlung wurden 3. Ta- einmahl in Consideration, sondern Graf  
 ge aber ohne effect zugebracht; und ob- Trautmansdorff nahm die Kayserliche  
 wohl SALVIUS, die hernachstehende Pun- Punkten de 27. Julii, zum Objecto deli-  
 cta verfaßt hatte, darüber in der Confe- berationis. Dabero diese Handlung  
 renz mit dem Grafen von Trautmans- gänglich abgebrochen wurde, und SALVIUS  
 dorff dergestalt zu tractiren, daß solche sich am 21. Novemb. wieder von Münster  
 in das Instrumentum Pacis gesetzt wer- fort, nach Osnabrück begab. Der ge-  
 den solten; so kamen doch solche gar nicht meldte Aussatz aber lautete also:

SALVII Aussatz über den punctum Gravaminum.

Quia triplicia Ordinum Gravamina, Ecclesiastica, Politica & Justitie  
 magnam his motibus causam dedere, ideo ad amicabilem interventionem  
 Regnorum Sueciæ Galliaëque inter utriusque Religionis Ordines primo de  
 Ecclesiasticis ita conventum est, ut pro fundamento reconciliationis Trans-  
 actio inita Passavia Anno 1552. & hanc secuta Pax Religionis, prout unani-  
 mi utriusque Religionis Ordinum consensu Anno 1555. facta & Anno 1566.  
 posteaque sapius confirmata est, hisce denuo rata habeatur, sancteque &  
 inviolabiliter servetur.

Quæ vero de nonnullis in ea controversis Articulis hac Transactione  
 utriusque Partis consensu statuta sunt, ea pro perpetua & inviolabili ab utra-  
 que Parte approbata dictæ Pacis Declaratione tam in judiciis, quam alibi ob-  
 servanda habebuntur, donec per DEI gratiam de Religione ipsa plene con-  
 venerit. In iis etiam, quæ hac Transactione peculiariter declarata non sunt,  
 servabitur inter utriusque Religionis Procere Electores, Principes, Status  
 omnes & singulos perenne amicitiaë vinculum, exacta mutuaque æqualitas,  
 violentia vero omni, & via facti, ut alias, ita & in Religiofæ Pacis con-  
 troversis utrinque perpetuo prohibita: sitque inanis & nihili omnis vel  
 cujuslibet contradictio & protestatio.

3. Dritter Theil.

§§§

Termini-



1646.  
Nov.

*Terminus a quo Restitutionis* sit dies prima Januarii Anno 1624. ita, ut quæcunque ab eo tempore in Ecclesiasticis, vel etiam intuitu Religionis in Politicis mutata sunt, plenarie pureque reduci ac restitui debeant in eum statum, quo eo anno dieque fuerunt, irritis abolutisque Sententiis, Decretis cujusvis generis, sive deditis sive aliis seu Pactis seu Transactionibus & Executionibus, quæ in ejusmodi negotiis interim evenerunt. Eodem modo gravati Evangelici, ante Annum . . . intra semestre spatium à die publicatæ Pacis numerandum, Principibus Conscriptoribus ejus Circuli, in quo bona adempta sita sunt, aut ubi alias sunt gravati indicium faciant, quid præjudicii & à quo sit illarum, secundum Imperii Romani Ordinem Executionis usitatum, cessante voluntaria restitutione, sine omni mora in pristinum statum reponendi. Imprimis Palatinus *Ludovicus Philippus*, nec non Civitates Imperiales, aliæque Communitates Augustanæ Confessioni addictæ, quæ ante Annum . . . sive in Ecclesiasticis sive in Politicis, quæcunque ratione aggravatæ sunt veluti *Aquisgranum, Augusta Vindelicorum, Dinckelspubla, Kaufbeura, Donawerda, Biberacum, Essen* & aliæ, in eum statum reponantur, in quo ante turbationem vel destitutionem quam proferre floruerunt.

1646.  
Nov.

De *Mindensi & Osnabrugensi Episcopatibus* conventum est, ut modernus Episcopus ad dies vitæ ipsis præsit, sed adjunctis Coadjutoribus Evangelicis ipsi successuris; In Ecclesiasticis & quoad publicum Religionis Exercitium, atque Conscientiæ libertatem idem maneat in utroque Episcopatu status, qui fuit in Anno . . .

Quod igitur attinet *Bona Ecclesiastica Immediata* quoscunque Primatus, Archi-Episcopatus, Episcopatus, Abbatias, Præposituras, Ballivias, Commendas, liberas foundationes seculares, redditus, pensiones aliaque omnia quocunque nomine signata, sive Evangelici sive Catholici Anno . . . possederunt, eadem omnia & singula nullo excepto ejus Religionis Consortes, qui dicto tempore in reali eorum possessione fuerunt, imperturbate tranquilleque possideant ad 100. annos, a conclusione præsentis Transactionis computandos, cessante interim via Juris utrinque, nisi forte quispiam, contra hanc Transactionem gravetur.

His centum annis elapsis, aut etiam currentibus, ab utraque Parte *amicabiliter tractabitur* de ratione modoque quibus certo constare poterit, quid tandem hinc inde de ejusmodi Bonis præcipue vero in casum subsequentium mutationum sit statuendum. Interim nemini liceat ordinario vel extraordinario processu in Petitorio aut Possessorio alicui litem intendere aut ceptos antea processus prosequi, vel lras exequi sententias, multo minus factis quemcunque turbare, donec tam de iudice & iudicio, quam norma legis & processus, quibus omnes de Bonis Juribusque Ecclesiasticis controversia definiri debeant, ex mutuo utriusque Partis consensu placitoque plene conventum fuerit, manente interim suo cuique jure, quo dicto anno dieque gaudebat, salvo, actionibus saltem ad amicam transactionem suspensis.

Si quis interea temporis, sive pendente, sive elapso centenni priusquam amicabilis supra memorata compositio effectum sortita fuerit, sive Evangelicus sive Catholicus Primas, Archi-Episcopus, Episcopus, Præsul &c. vel solus vel una cum Capitulo, vel etiam Canonicus aut Capitularis *mutavit Religionem*, excidat quidem statim suo jure, pensionibus & fructibus: honore tamen famaue illibatis. Fructus autem usque ad abitum percepti ei relinquuntur, redditibus insuper annuis ad vitam, pro dignitate personæ, & facultate relictæ Beneficii constitutis.

Si



1646.  
Nov.

10/4

Si quis autem sive Evangelicorum sive Catholicorum Statuum ejusmodi suis dicto Anno dieque possessis bonis judicialiter aut extrajudicialiter exciderit, aut quocumque modo fuerit turbatus, vigore horum, illico tam in Ecclesiasticis quam in Politicis restituatur, abolitis omnibus innovationibus, ita quidem, ut quæcumque Immediata Bona dicto anno dieque Catholico Præsule regebantur, Catholicum caput recipiant, & vicissim, quibus eo anno dieque Evangelicus Præsens præfuit, præsit Evangelicus imposterum, salvis tamen juribus Capitulum, & remissis, quæ una Pars contra alteram prætereundere possit, perceptis interea fructibus, damnis & expensis. In omnibus ejusmodi Archi-Episcopatus & foundationibus, *Jura Eligendi & Postulandi* illibata maneant, juxta cujusque loci consuetudines & Statuta, in quantum hæc Imperii Constitutionibus, Transactioni Passaviensi, Pacis Religionis, & imprimis huic Declarationi & Transactioni sunt conformia, & in quantum Evangelicorum Archi-Episcopatum foundationumque Statuta nihil in se continent Augustanæ Confessioni adversum.

Postulati vero seu Electi in Capitulationibus suis spondeant, se susceptos Ecclesiasticos Principatus aut Beneficia, nequaquam *hereditario jure* possessuros aut id acturos, ut hereditaria fiant; sed libera sit ubique Capitulo & quibus id una cum Capitulo pro more competit, tam Electio & Postulatio, quam sede vacante, administratio, & Episcopatumque jurium exercitium.

Ubi dicto Anno dieque usitata fuerunt *Preces Primariæ*, ibidem Cæsareæ Majestati maneant illibata, ita tamen, ut decedente Evangelico, non nisi Evangelicus Precibus fruatur, sive totus Capitularium Chorus eo tempore fuerit Evangelicus, sive e Catholicis mistus.

Ad qualibet autem Beneficia non minus *Doctores, Patritii & aliæ personæ idoneæ quam Nobiles & Magnates* admittantur, ubi id foundationibus & consuetudini convenit.

In iis porro foundationibus, ubi Anno 1624. d. 1. Januarii omnes Capitulares fuerunt Evangelici, cessent *Menses Papales*, nec a Pontifice Romano, ullæ Prælaturæ, similesve Dignitates conferantur. Ubi vero Evangelici & Catholici Capitulares fuere promiscui, Pontifici sit integrum, decedenti Catholico Catholicum surrogare, modo dicto anno dieque Papalium Mensium usus ibi vigerit, & intra trimestre a die vacationis immediate e Curia Romana insinuetur Papalis provisio.

Sicut autem Germanicæ Nationis Majores, superioribus Seculis, & ante tempora Reformationis, *Annatas, Jura Pallii, & Confirmationum*, aliasque Romanæ Sedis præensiones semper improbarunt & impugnaverunt, ita nec imposterum admittere teneantur Evangelici, ut Pontifex Romanus in Ecclesiasticis eorum Principatibus vel dicta jura usurpet, vel Præfulatus aliasque Dignitates conferat.

Electi aut Postulati Primas, Archi-Episcopi, Episcopi & Præsules Evangelici à *Cæsareæ Majestatis* absque Romani Pontificis Confirmatione, postquam intra annum Electionis aut Postulationis suæ fidem fecerint & juramenta Regalibus sueta seculis præstiterint, absque ulla exceptione admittantur, solutis ad modum aliorum Principatum, æquatis *laudemis*. Dicti etiam Præsules Evangelici, & Sede vacante, Capitula sive sola sive una cum iis, quibus pro consuetudine cujusque loci competit administratio, ad universales æque ac particulares *Deputationum, Visitationum, Revisionum*, aliosve *Conventus Imperiales* vocentur, & *Sessibus & Suffragii jure*

Dritter Theil.

252

fruan-



1646. fruantur, prout quisque Statuum ante mutatam Religionem eorum juri- 1646.  
Nov. um particeps fuerat. Nov.

Quæ vero & quot personæ ad ejusmodi Conventus mitti debeant, de eo Præsulibus, cum suis Capitulis aut Conventualibus, statuere liberum esto.

Placuit etiam, ut dicti Præsules Evangelici, absque tamen præjudicio suorum Jurium aut Dignitatum, titulis Electorum seu Postulatorum in Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates, Præpositos &c. insigniantur. Sessio autem ordoque suffragandi eadem sint, quæ ante mutatam Religionem cuique Statui competebant, amicabiliter compositis, quæ inter respectivè Primatem & Archi-Episcopum Magdeburgensem & Salzburgensem hæctenus extitere, dissidiis.

Quot Capitulares & Canonici dicto anno dieque uspiam Evangelici vel Catholici fuerunt, totidem illic ex utraque Religione erunt semper; nec decedentibus, nisi ejusdem Religionis consortes surrogentur.

Si vero alicubi jam plures Evangelici, vel Catholici Capitulares & Canonici Beneficia possident, quam Anno 1624: Beneficia quidem & Præbendas ad vitam retineant, mortuis vero hisce supernumerariis Catholicis, tam diu Evangelici & Evangelicis Catholici surrogentur, donec redintegratus fuerit utriusque Religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui anno 1624. extitit.

Exercitium vero Religionis prout in mixtis Episcopatibus &c. hic aut illic, vel Evangelicum vel Catholicum eo tempore fuerat, ita restituatur & permaneat; nec eidem vel eligendo vel postulando, vel alio quocunque modo quicquam præjudicii creetur.

Qui pluribus Principatibus aut Beneficiis Ecclesiasticis jam gaudet, gaudeat quoad vixerit; at eo defuncto, singula singulis distribuantur, nec ulli posthac, præter unicus Principatus aut Beneficium Ecclesiasticum indulgeatur.

Quæcunque Monasteria, Collegia, Balliviæ, Commendæ, Tempora, Scholæ, Hospitalia, aliave Bona Ecclesiastica Mediata, quocunque nomine appellata, Evangelici Electores, Principes & Status, Anno 1624. d. 1. Januarii possederunt, eadem omnia & singula, sive retenta semper sive restituta, possideant perpetuo: non attentis exceptionibus sive ante sive post Transactionem Pflaviensem, aut Pacem Religiosam reformatam, aut quod non de Territorio Evangelicorum, vel exempta, vel aliis Statibus, Jure Suffraganatus, Diaconatus, aliave quavis ratione obligata fuisse dicantur. Unicum solumque hujus Transactionis, Restitutionis futuræque Observantiæ fundamentum sit Anno 1624. d. 1. Januarii habita possessio, irritus prorsus exceptionibus, quæ ex introducto alicubi locorum Exercitio Interimistico vel anterioribus aut secutis Pactis vel litibus motis causisve decisive desumi possent. Quicquid igitur supradictorum omnium Mediatorum Bonorum, eorundem pertinentium, fructuumve Evangelicis quovis modo aut prætextu, sive judicialiter sive extrajudicialiter à dicto tempore interversum aut ademptum est, omnino & absque mora, una cum amotis Documentis in priorem statum restituatur, nec Evangelici posthac in habita vel recuperata possessione ullo modo turbentur.

Bonorum oppignoratorum Relictio non fiat, nisi prævia legitima cognitione



1646.  
Nov.

ne super exceptionibus possessorum, contra quos si definitive posthac pronuntiatur & sententia lata vires Rei Judicatae consecuta fuerit, relictio quidem locum habeat, subditis vero illarum Ditionum idem maneat Religionis exercitium, quo fruebantur Anno 1624. nec ipsis templa, scholæ & redditus ac pensiones eo pertinentes adimantur. Bona insuper oppignorata, quæ vel absque causæ cognitione, vel contra Pacta & Privilegia possessoribus ablata sunt, restituantur ipsis absque omni contradictione & mora.

1646.  
Nov.

Omnia quoque Monasteria, Foundationes, Sodalitæ Mediatæ, quæ dicto Anno dieque Catholici realiter possederunt, possideant & ipsa similiter, ut in Evangelicorum Territoriis & Ditionibus sita sint. Non tamen in aliis Religionis Ordinibus, quam quorum Regulis primitus dicata sunt, commutentur.

In quibuscunque vero ejusmodi Mediatæ Foundationibus, Ecclesiis Collegiatis & Monasteriis &c. Evangelici & Catholici dicto Anno dieque promiscui vixerunt, vivant etiam posthac promiscui, numero profus eodem. Publicum etiam Religionis Exercitium idem permaneat, quod quolibet in loco dicto Anno 1624. d. 1. Januarii usitatum fuit, absque unius alteriusque Partis impedimento.

In quibus etiam Mediatæ Foundationibus dicto Anno dieque Precibus Primariis locus fuit, maneat; ita tamen, ut decedentibus, non nisi ejusdem Religionis consortes surrogentur: *Menses Papales* in ejusmodi Mediatæ Foundationibus, ubi Evangelici vel soli vel cum Catholicis mixtim dicto Anno dieque fuerunt, penitus cessent. Archi-Episcopi vero Episcopi, Præfules, & quibus alias id juris competit Extraordinariorum Mensium Beneficia conferant. *Jura* item omnia *Præsentandi, Vistandi, Confirmandi, Corrigendi, Protectionis, Aperturæ, Hospitalitatis, Servitii, Operæ,* itemque *Jurisdicção Criminalis* & cætera omnia, quæ Evangelicis in ejusmodi sodalitiis competierunt, iisdem facta rectaque manent. Unde si in Monasteriis aut templis Catholicis Anno 1624. d. 1. Januarii Evangelici Parochi aut Præpositi fuere, illuc restituantur ibique permaneant. Quod si etiam Electiones debito tempore modove non fiant, Præbendarum distributio & collatio *ex jure devoluto* ad eosdem pertinæat; salvis tamen cæteris Catholicorum Juribus, nempe ut Catholicis decedentibus, substituantur Catholici, neque in possessione Bonorum Ecclesiasticorum turbentur.

*Libera & Immediata Imperii Nobilitas* omniaque & singula ejus membra, unâ cum subditis & bonis suis allodialibus & feudalibus, in iis locis, ubi bonorum suorum & domicilii respectu aliis Statibus non sunt subjecti, vigore illimitatæ Pacis Religiosæ præsentisque Compositionis, in juribus Religionem concernentibus penitus æquata maneat supradictis Electoribus, Principibus & Statibus, nec in iis, sub quocunque prætextu, impediatur aut turbetur. Turbati vero omnes omnino restituantur in integrum.

Et quamvis sub complexu eorum, quæ de Electoribus, Principibus & Statibus Imperii hætenus disposita sunt, *Liberæ Imperii Civitates*, utpote indubitate Constans haud secus contineantur, ac si nominatim fuissent expressæ: ut tamen omni dubitationi futuræ in tempore occurratur, e re esse visum fuit, pro ulteriori præmissæ Conventionis generalis declaratione hoc specialiter subnectere, quod prænominatæ Liberæ Imperii Civitates omnes atque singulæ Pacis Religiosæ, omniumque ejusdem jurium & beneficiorum, ut & singulorum Caputum Conventionis hujus publicæ, non minus ac reliqui Status Imperii superiores, tam in territoriis & aliis locis competentibus, quam intra muros & suburbia, participes esse, iisque plenarie gaudere, neque adversus ea deinceps, five judicialiter five extrajudicia-



1646.  
Nov.  
1691

dicialiter ulla ratione prægravari. Quinimo adversus ea omnia, quæ ab Anno 1624. sive propter Religionem seu Bona Ecclesiastica, ante vel post Transactionem Passaviensem & subsequutam Pacem Religiosam, occupata & reformata, vel alias intuitu & occasione Religionis in Politicis per Commissiones, Inhibitiones, Decreta, Mandata, Sententias paritorias, generales aut particulares Transactiones, & Pacta dedita ipsis abjudicata, adempta, aliove quocunque modo, in ipsarum prægravationem sive in iudicio sive extra, tentata, peracta, aut noviter introducta sunt, in eum statum, in quo ante Annum 1624. tum in Sacris tum in Profanis quam prosperrime floruerunt, plenissime reponi, in eoque absque ulteriore inquietatione perpetuo conservari: Cum primis vero in iis Civitatibus Imperialibus, in quibus utriusque tam Catholica Religionis, quam Augustanae Confessionis Exercitia ante Annum 1624. atque etiam in eo sive in unis iisdemque templis alternatim, sive in diversis, & cuique Parti propriis, viguerunt, annullatis quibuscunque interim per Res Judicatas, generales aut particulares Transactiones, aliove quocunque modo factis in contrarium mutationibus, neutri Partium deinceps, sive in peractione Cultus Divini, prout quilibet in possessione vel quasi ejusdem ante Annum 1624. fuit, sive in perceptione & usu eorum, quæ illuc pertinent, indeque dependent, ullum creari impedimentum.

Sed & Monasteria, Cœnobîa, Commendatura, Nosocomia, Catholica, sive mediate sive immediate Imperio subiecta, inque Civitatibus Imperialibus vel uni, vel utrique Religioni addictis sita, tam active quam passive, in eo statu jugiter manere, in quo Anno 1624. constituerunt, debeant, cassatis & sublatis omnibus tantisper quocunque modo introductis extensionibus & mutationibus.

Comites, Barones, Nobiles, Civitates, Communitates & subditi Evangelici Catholico Magistratui subiecti, qui quacunque Anni 1624. parte, publicum Religionis Exercitium habuerunt, quive antea in pactis, privilegiis, jure antiqua & hereditaria protectionis aut longo temporis usu acquisiverunt, in eo conserventur & protegantur, turbati vero aut quovis modo destituti restituantur in integrum, absque omni exceptione rejectis & abolitis omnibus omnino contrariis Sententiis, Decretis, Transactionibus, Pactis deditis, literis Reverfalibus, Statutis, Pactisve quibuscunque aliis. Atque hoc jure gaudeant respective Nobiles, Civitates, Communitates, ceterique, qui Episcopatibus Halberstadenſi, Hildesheimſi, Mindenſi, Osnabrugenſi, Monasterienſi, Paderbornenſi, Eichsfeldensſi, nec non Abbatiis Fuldensſi & Corvejenſi subiecti sunt; Erfurtum quoque, Duderſtadium, Hoxaria & omnes Palatinatus Neoburgici subditi, præter ceteros vero Vidua Palatina Hilpoltſteinensſis una cum suis officialibus & subditis localibus,

Silesi etiam Principes, Statusque Evangelici, una cum Ducatibus hereditariis & eorum subditis, ut & Civitas Uratislaviensis, eodem Religionis Augustanae Confessionis Exercitio publico ac jure, quod vigore Literarum Majestaticarum Anno 1621. confirmatarum habuerunt, tam in feudilibus quam allodialibus suis ditionibus fruuntur; neque novo ordine Jesuitico Uratislavia intra urbem vel in suburbiis oneretur, amotis gravaminibus, quæ pristinum illum Religionis Cultum violârunt.

In Regno item Bohemia, Marchionatu Moravia, & Hereditariis Austriaca Domus Superioris, Inferioris, & Interioris Austriæ Provinciis recipiant Evangelici Tempa, Schola, Hospitalia, & Orphanotrophia, cum suis priventibus & publico Religionis Exercitio, sicut ea omnia & singula literis Majestaticis



1646. Majestaticis, aliisque Pactis & Privilegiis, magnoque impendio acquisiverunt & habuerunt. Præcipue vero subditis divinitus concessa *Conscientiæ libertas* inviolabiliter servetur, nec quisquam ob Evangelicam Religionem Augustana Confessione comprehensam, Loco, Bonis aut Dignitatibus cedere cogatur; ejecti vero plene restituantur.

1646.  
Nov.

Palatini *Solisbacensis* Status Provinciales & subditi restituantur in statum Anni 1624. d. 1. Januarii, sublatis, quæ ab eo tempore à Palatino Neoburgico fuerunt innovata.

*Evangelici Catholicorum* subditi, sicut & *Evangelicorum Catholicici* subditi, quibus publicum Religionis suæ Exercitium, nec Pacto nec longo Usu, vel Privilegio competit, intra biennium à publicata Pace nomina apud Magistratum vel coram Notario & testibus professi, ipsorumque descendentes & domestici, propter Religionem, bona distrahere & solum vertere nunquam cogantur, sed domi suæ tuti precibus, piisque hymnis & lectioni Divinarum aliarumque scripturarum libere vacent: necque ullo prohibeatur apud finitimos, ubi & quotiescunque libuerit, publico Religionis Exercitio interesse, vel liberos suos exteris Evangelicis Scholis, aut privatis domi præceptoribus instruendos committere, vel è vicinia sacerdotes accersere, quoties jungenda matrimonia, vel infantes sacrum Baptisma, vel ægrorum imbecillitas usum Dominicæ Coenæ verbique Divini solatia exposcunt.

Æquum vero est, ut ita admissi verbi ministri modeste se gerant, & in terminis dictorum negotiorum se contineant, adeoque, si in Civitatibus Imperialibus aut alibi ejusmodi comæatus consuetudine illigentur, ea rata sit. Quo minus autem tam Catholicici quam Evangelici Magistratus Ecclesiastici æque ac Politici suis subditis tam Evangelicæ quam Catholicæ Religionis Exercitium publicum pro arbitrio condere possint, nullis legibus aut juramentis prohibeantur.

Sive autem Catholicici sive Evangelici fuerint subditi, nullibi ob Religionem despiciantur habeantur, aut à mercatorum vel opificum sodalitiis, Collegiis, tribubus, hereditatibus, legatis, elemosynis &c. arceantur: multo minus à publicis Cæmeteriis, honoreque sepulture excludantur, sed in his & similibus pari cum Concivibus jure habeantur, æquali justitia protectioneque tuti. Neque Religio, vel Evangelica vel Catholica, cuiquam sit impedimento, quo minus vel manere vel migrare, bonaque sua libere administrare queat. Quod si sua sponte migrare voluerit, liberum ei sit, aut retentis aut alienatis bonis, citra omnem tamen detractionem discedere; absentis quoque retenta per ministros administrare, sed Catholicici & Evangelici æquali planè jure tractentur, nec migraturis negentur legitimi thori honestaque vitæ testimonia.

Ast illis Catholicorum subditis, qui post præfatum biennium Augustanam Confessionem, atque Evangelicorum subditis, qui elapso supra dicto biennali spatio Catholicam Religionem amplectantur, aut quibus hereditatis, Connubii, aliave occasione & titulo bona obveniunt, ab eo tempore, quo unicuique (nec enim Edictalis justio sufficit) à Magistratu, ut emigret, jungitur, quindecim anni concedantur, quibus currentibus, vel bona vendat & absque omni detractione pretii alio commigret; vel nolens vendere, quindecim annis præterlapsis, necesse quidem habeat, in alias terras sese conferre, liberum vero ipsi sit, bona per ministros ejus Religionis, quæ in territorio ubi abiit, publice docetur, administrare, & quoties ratio rei familiaris & œconomix expostulat, ad ea commeari, atque tres quatuorve septimanas ibi commorari.

Sub-



1646.  
Nov.

Subditi præterea, quibus *Migratio*, uti dictum est, *neccessaria*, pendente quindecennio, eodem jure fruantur, quo ceteri, qui Migrationis libero gaudent arbitrio. Quod ad Civitatum Imperialium Cives, incolas & subditos attinet, observetur posthac termini conventi status.

1646.  
Nov.

A sola qualitate feudali vel sub-feudali, undecunque ea processerint, sive a Regno Bohemicae sive aliis Electoribus, Principibus aut Statibus, vel à Criminali Jurisdictione seu Jure Gladii, *Cent-Gerichten*, Retentionis, Patronatus, Filialitatis &c. *Jus Reformandi non dependet*. Quæ igitur sub horum Jurium prætextu contra Evangelicam Religionem hæctenus admissa sunt, emendentur & ad statum Anni 1624. reducantur, quicquid etiam Dominus Feudi prætenderit aut usurpavit, sublatis iis, quæ judicialiter aut extrajudicialiter contra invalere.

Ubicunque locorum Evangelici & Catholici Magistratus de *Jure Superioritatis* participant, ibi permaneat is publici Exercitii aliorumque quorumvis Religionem concernentium Jurium usus, qui fuit dicto Anno dieque.

*Reditus, Censuræ, Decimæ, Pensiones*, quæ vigore Pacis Religiosæ, Evangelicorum vel Immediatis vel Mediatas ante vel post Religionis Pacem acquisitis Ecclesiasticis bonis, è Catholicorum Provinciis debentur, absque ulla exceptione solvantur.

Quod si Evangelici quædam *Protectionis, Advocatiæ, Receptionis, Hospitalitatis, Servitiorum, Operarum*, aut alia Jura in Ecclesiasticis Catholicorum bonis habuerunt, aut eadem jura Catholicis in Ecclesiasticis Evangelicorum bonis competierunt, omnes ex æquo pristina sua jura retineant.

*Reditus* etiam Decimæ, Canones & Pensiones, *ex alienis territoriis* debita iis Foundationibus, quæ jam pridem consilio, casu, vel hac temporum infelicitate *destructæ* sunt aut post illa destrui contigerit, iis exsolvantur in quorum Territorio locus destructus aut desolatus est situs.

Quæ item Foundationes d. 1. Januarii Anno 1624. in possessione vel quasi *Juris Decimarum è bonis Novalibus* in alieno Territorio percipiendi fuerunt, sint etiam imposteriorum, nihil autem novi juris quærat.

Inter ceteros Imperii Status & subditos id juris esto, quod *Jus Commune*, vel cujusque loci *Consuetudo de Decimis è bonis Novalibus* constituit.

*Ecclesiastica Jurisdictio*, cum omnibus suis speciebus contra Evangelicos Electores, Principes, Status, comprehensâ Libera Imperii Nobilitate, eorumque subditos, penitus sublata esto: Catholicorum vero Evangelici subditi in iis casibus Ecclesiasticæ Jurisdictioni subsint, qui Evangelicam Religionem non concernunt, si nempe loco reorum fuerint: modo tamen occasione processus nihil ipsis injungatur, quod Conscientias ipsorum turbet. Eodem etiam jure Evangelicorum Magistratuum subditi Catholici censentur.

In quibus Civitatibus Imperii, utriusque Religionis Exercitium in usu est, Catholicis Episcopis contra Evangelicos Cives nulla sit Jurisdictio; at Catholici suo foro experiantur.

Sicut autem Catholicorum *notioni* subest, *quis sit Catholicus*, nec ne? ita *quis Augustanæ Confessionis sit confors*, nec ne? soli dijudicent Evangelici.

Utrius.



1646.  
Nov.

Utriusque Religionis Magistratus unice allaborent, ne quisquam publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem vel Pacem Religionis vel hanc imprimis five Declarationem five Transactionem usquam impugnet, dubiamve faciat, arbitraria poena in prævaricatores constituta. Quod si vero vel in iudiciis vel alias quicquam inciderit dubii, atque adeo res ad paria Vota devenerit: de eo inter utriusque Religionis Proceres, non nisi amicable ratione transigatur. In causis Religionis & Collectarum, omnibusque aliis negotiis, ubi Status tanquam unum corpus univèrsim considerari nequeunt, Catholicis & Evangelicis in duas partes euntibus, sola amicabile compositio lites dirimat, non attentà *Votorum Pluralitate*: idque tam in Universalibus quam Particularibus Imperii Conventibus observetur.

1646.  
Nov.

Ubi *Extraordinariis Commissionibus* negotia in Imperio expedienda occurrunt, si res inter Evangelicos versatur, soli Evangelici deputentur; si inter Catholicos, soli Catholici, si inter ambos utriusque Religionis in pari numero Commissarii ordinentur.

Ordinariorum *Deputatorum numerus* ex utriusque Religionis Proceribus æquetur; de personis autem in proximis statuatur Comitibus. In Deputatorum Conventibus, itemque Comitibus Universalibus, five ex uno five duobus, aut tribus Imperii Collegiis deputandi veniant, æquetur Deputatorum numerus ex utriusque Religionis Proceribus.

Quia vero frustranea est restitutio, nisi etiam *conservatio* accedat, idcirco supradictorum & Statuum & subditorum, tam qui hucusque imperturbati fuerunt quam qui superioribus legibus restituti jam sunt, in sua quisquam status juriumque possessione ita firmetur, stabiliat & conservetur, ne ullius imposterum facto aut ullo prætextu inde unquam deici possit vel debeat. Quod si vero quem jure conveniri aut experiri necesse fuerit, Justitia unicuique juxta Fundamentales Imperii Leges & Constitutiones, præcipue Pacem Religionis & hanc Transactionem, absque omni personarum rerumve respectu, æquabiliter administretur.

Ut autem & æquabilior & facilior sit Justitiæ administratio, *tria* imposterum sunt summa Imperii *Tribunalia*, Aulicum, Camerale Spirense, & Camerale Saxonico-Westphalicum: Rothwilensi, Suevico & Hagenovico, aliisque id genus iudiciis prorsus abrogatis.

Saxonico-Westphalico subsint uterque Circulus Saxonicus & Westphalicus. Si qui tamen Statuum in hisce tribus Circulis, reliquis duobus iudiciis sint viciniore, aut alias alterutri eorum subesse malint, hoc cuivis liberum esto, modo intra trimestre à publicata Pace suam de eo sententiam patefaciat.

*Locus Judicii* sic Halberstadtium vel Goslaria donec reparatis Magdeburgi ædibus, Tribunal illud transferri possit. Acta, quæ vel in Aula Cæsarea, vel in Imperiali Camera Spirensi hucusque ventilata sunt, & utriusque Saxonie, Westphalieque Cives incolasque ut reos concernunt, propediem ad locum Judicii mittantur: cessante de iis Aula Cæsarea Cameraque Spirensis Jurisdictione.

Dicta tria Summa Tribunalia, æquali omnino Jurisdictione, Potestate & Dignitate sunt: nec ulli Electorum, Principum aut Statuum fas esto, horum Judiciorum Jurisdictionem declinare: sublatis, quibus se nonnulli hæctenus ab ordinaria Imperii jurisdictione *eximere* conati sunt, privilegiis. Nulla inter ea admittatur *Concurrentia*, *Avocatio*, *Inhibitio*, vel extraordinaria *Commissio*.

Dritter Theil.

Sii

Eadem



1646.  
Nov.

Eadem sit ubique *ad normam* nempe *Camerae Imperialis*, procedendi, judicandi, revidendi, visitandi &c. ratio; Præsides, Assesores, Secretarii, cæterique justitiæ ministri, sint pari ex utraque Religione numero.

1646.  
Nov.

Sola Cæsarea Majestas constituat duos singulorum *Tribunalium Præsides*, unum Catholicum, alterum Evangelicum, qui nomine auctoritateque Cæsaris alternatim judicis officio fungantur.

*Assesores* præsententur a Proceribus Circulorum, qui singulis Judiciis subsunt, ex unoquoque autem Circulo feligatur *Judicii Aulici* Consiliarius qui sit jurium Imperii, rerumque Germanicarum peritus.

Solo *Cæsareo nomine*, auctoritate, sigillo, expediantur Citationes, Mandata, Decreta, Commissiones, ipsæ denique finales Sententiæ pronuncientur.

Sola Cæsarea Majestas judicet de *Feudis Legalibus*.

In *Causæ Fractæ Pacis Publicæ* sit *Aulæ Cæsareæ* cum cæteris summis Judiciis concurrens jurisdictio; in reliquis omnibus negotiis concurrentia planè sublata esto.

*Austregarum* in *Aula Cæsarea*, cæterisque Judiciis sit eadem plane ratio, & quæ de *Competentiâ Fori* Ordinatio *Camerae Spirensis* disposuit, ubique citra diferimen pari jure servantur.

*Prime Instantiæ*, *Austregarum Jurisdictio*, & *Privilegia de non appellando* undiquaque illibata manent; annullatis & omnino prohibitis Commissionibus ex *Aula Cæsarea*, quibus hucusque *Jurisdictio Statuum* turbata fuerat.

*Dubia*, quæ in *his Judiciis* aut jam exorta aut posthac exorientur, ab *Universalibus Imperii Comitibus* decisionem recipiant.

Cætera ad horum *Tribunalium* constitutionem facientia, *Pace* inita, à præsentibus *Ordinum Legatis*, ante *Conventus* dissolutionem ordinentur ac perficiantur: ubi ratio haberi poterit eorum, quæ in *Imperii Deputatorum Comitibus* *Francofurtenibus* de *Modo Processus* deliberata fuerunt.

## §. XXXX.

Die Kayserliche Gesandten exhibiren den Evangelicis eine nochmalige Endliche Erklärung der Catholicorum.

Die Evangelischen warteten nun auf die von den Kayserlichen Gesandten hierauf vertrösete weitere schriftliche Erklärung; Es verzog sich aber mit deren Ausfertigung bis nach des Salvii Abreise von Münster, da die Kayserliche Ge-

sandten die Evangelischen Deputatos ad Gravamina den 21. Novembr. Nachmittags zu sich erforderten, und nach geschenehen Vortrag des Legati Volmars, sub N. I. selbigen die sub N. II. anliegende Schrift behändigten.

## N. I.

Des Kayserlichen Legati Volmars Mündlicher Vortrag, bey Einlieferung der Catholicorum Endlicher Erklärung in puncto Gravaminum, an die Evangelischen Deputirte.

N. I.  
Des Legati  
Volmars  
Vortrag.

Der Römisch-Kayserlichen Majestät uners allergnädigsten Herrn, zu denen allhier und zu Münster angestellten Friedens- Tractaten verordnete Bevollmächtigte Gesandten und Plenipotentiarii hätten sich wohl versehen, es solten des Heiligen Römischen Reichs Chur- Fürsten und Stände Augsburgischer Confession beyder Dertor ans

wesen-